Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Tu autem uade et annuncia regnum dei. Et ait alter. Sequar te domine. Set primum permitte me renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum ihesus. Nemo mittens manum suam in aratrum et respiciens retro: aptus est regno dei.

ubi caput suum reclinet. Theophilus. Quoniam uidit dominum multum populum adducentem: putauit quod ab eis haberet panem. Et quod si ipse dominum sequeretur: posset pecuniam congregare. Beda. Vnde dicit ei. Quid me propter diuicias et seculi lucra cupis sequi: cum tante sim paupertatis ut nec hospiciolum quidem habeam et non meo utar tecto. Crisostomus. Aspice qualiter paupertatem quam docuit per opera demonstrat. Non erat ei mensa. non candelabrum. non domus. nec quicquam aliud talium. Cyrillus. Mistice autem significando uulpes et uolatilia celi malignas et astutas potestates demonum uocat. Quasi dicat. Cum uulpes et uolatilia mansionem in te habent: quomodo filius hominis in te requiescet? Quid autem est lux et tenebris? Athanasius. Vel hec dicens magnitudinem sui numinis docet. Quasi dicat. Omnia generabilia locum certum sibi posuerunt. Verbum uero dei incomprehensibilis est. Et ideo ne dicas. Sequar te quocumque ieris. Ceterum si uelis discipulus fieri: abdices irrationabilia. eo quod impossibile est eum qui moratur in irrationabilitate: ubi discipulum fieri. Ambrosius. Vel uulpes hereticis comparat. Fallax quippe animal. et insidiis semper intentum: rapinam fraudis exercet. Nichil tutum nichil occlusum. nichil patitur esse securum. eo quod intra ipsa hospicia hominum predam requirit. Ita et heretici qui domum sibi parare non norunt: sed alienam (?) circumueniunt sunt alios decipere conantur. hoc animal numquam mansuescit umquam. Vnde apostolus ait. Hereticum post unam correctionem deuita. Volucres uero celi frequenter ad nequiciam spiritualem similitudinem diriuantur. Et ueluti nidos quosdam struunt in pectoribus improborum. Et ideo dominante nequicia in affectibus singulorum: nulla potest diuinitatis esse possessio. Vbi autem innocentem probabit memoriam: super ipsam quodammodo uim sue maiestatis reclinat. et profusiore quadam gratia bonorum pectoribus insonatur. Nec enim non uidetur quemquam uirum ut simplicem fidelemque: ubi abbreuiatum. qui dominum dignatur de respuenti. alienum defessum familiarius obsequium spopondisset. Sed dominus non obsequiorum speciem sed puritatem querit affectus. Nec obsequium eius admittitur cuius non probatur officium. Circumspectum enim fidei debet esse hospicium. ne dum infidelibus nostre domus intima reseramus: in quandam perfidia imprudenti credulitate labamur. Ideo ut ad fidei deum non astutus aspernantem esse set fraudem: qui repudiauit fraudulentum: elegit innocentem. Beda. Ait autem ad alterum. Sequere me. Sed hoc dicitur ei cuius patrem iam sciebat mortuum. Vnde sequitur. Ille autem dixit. Domine permitte mihi primum ire et sepelire patrem meum. Beda. Non discipulatum recusauit. sed expleta primum pietate uti funus sepeliret: liberior affectu desiderat. Ambrosius. Sed dominus quos uiuere uult aduocat. Vnde sequitur. Dixitque ihesus. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos. Tu autem uade et annuncia regnum dei. Cum religiosum humanum corpus sepeliendi acceperimus officium: quomodo prohibetur etiam patris funus sepelire? nisi ut intelligas humana posthabenda diuinis. Bonum studium. sed maius impedimentum. Nam qui partitur studium